BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 311v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

enim fecit semel se offerens domino
deo. dominus noster ihesus cristus.
Lex enim homines constituit sacer
dotes infirmitatem habentes. Sermo
autem iurisiurandi qui post legem est
filium in eternum perfectum.

Capitulum XIII

Cautem super ea que dicuntur
talem habemus pontificem
qui consedit in dextera sedis mag
nitudinis in celis sanctorum minister
et tabernaculi veri quod fixit do
minus et non homo. Omnis enim
pontifex ad offerenda munera et hos
tias constituitur. Unde necesse est
et hunc habere aliquid quod offe
rat. Si ergo esset super terram nec esset
esset sacerdos cum essent qui offer
rent secundum legem munera. Qui
exemplari et umbre deserviunt
celestium sicut responsum est moysi
cum consummaret tabernaculum. Vide
inquid omnia facito secundum exem
plar quod tibi ostensum est in mon
te. Nunc autem melius sortitus est mi
nisterium. quanto et melioris testamen
ti mediator est. quod in melioribus
repromissionibus sancitum est. Nam
si illud prius culpa vacasset non utique
secundi locus inquireretur. Vitupe
rans enim eos dicit. Ecce dies veni
unt dicit dominus et consummabo super
domum israel et super domum iuda tes
tamentum novum. non secundum testa
mentum quod dedi patribus eorum
in die qua apprehendi manum eorum
ut educerem eos de terra egypti et quoniam
ipsi non permanserunt in testamento meo
et ego neglexi eos dicit dominus. Quia
hoc est testamentum quod disponam
domui israel. post dies illos dicit dominus
dando leges meas in mentes eorum.
et in corda eorum superscribam eas. et
ero eis in deum et ipsi erunt michi in po
pulum. et non docebit unusquisque proxi
mum suum. nec unusquisque fratrem suum
dicens. Cognosce dominum quoniam
omnes scient me a minore usque ad
maiorem eorum. quia propicius ero ini
quitati eorum. et peccatorum eorum iam
non memorabor. Dicendo autem novum
veteravit prius. Quod autem antiquatur
et senescit prope interitum est.

Habuit quidem IX
et prius iustificationes culture
et sanctum seculare. Taber
naculum enim factum est primum in quo
erant candelabra. et mensa. et propositio
panum quod dicitur sancta. post ve
lamentum autem secundum taberna
culum quod dicitur sancta sanctorum
aureum habens turibulum et archam
testamenti circumtectam ex omni parte
auro in qua erat urna aurea habens
manna. et virga aaron que frondue
erat. et tabule testamenti. Super que
etiam erant cherubim glorie obum
brantia propiciatorium. de quibus modo
non est dicendum per singula. His vero
ita compositis in priori quidem taber
naculo semper introibant sacerdotes
sacrificiorum officia consummantes. In
secundo autem semel in anno solus pon
tifex non sine sanguine quem offerret